Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

se alios deos colere: ut prosint: alios: ut noceant: Haec h. semp excusatio est
eorum: qui mala sua prodijs habent: ut romani rubiginem ac febrem:
Si ergo uirtus consecranda non sunt: in quo tibi assentior: ne uirtu
tes quidem: Non h. p se sapiunt: aut sentiunt. neq; intra pinetes: aut
ediculas luto factas: sed intra pectus collocandae sunt: & interius cōpre
hendendae: ne sint fallaces si extra hominem sint collocate: Itaq; preclarum
illum legem tuam derideo: quam ponis his uersibus: A stulta: pp quae
datur homini ascensus in celum: mentem. virtutem. pietatem. fidem.
carumq; laudum delubra finito: Atqui hec separari ab homine non possunt:
Si h. colenda sunt in homine ipso sunt: necesse est: Si aut sint extra hōiē:
quid opus est ea colere: quibus carent: uirtus h. colenda est. non imago
uirtutis: & colenda est non sacrificio aliquo aut thure. aut precatione
solempni: sed voluntate sola atq; proposito. Nam quid est aliud colere virtutē:
nisi eam comprehendere animo ac tenere: Quod unusquisq; sile coepit
velle: consequitur: Hic solus virtutis est cultus: Nam religio ac veneratio
nulla alia: nisi animus dei tenenda est: Quid igitur opus est o uir sapien
tissime lup vacuis exstructionibus loca occupare: que possint humanis
usibus cedere: Quid sedores instituere vana & insensibilia culturos: qd
immolare victimas: Quid tantos sumptus vel fingendis vel colendis ima
ginibus impendere: firmius & incorruptius templum est pectus humanum:
hoc potius ornetur: hoc veris illis hominibus impleatur: Has ergo fallas co
secrationes sequitur: quod nece est: Qui h. uirtutem sic colunt id est qui
umbras & imagines virtutum consecantur: ea ipsa: que vera sunt: tenere
non possunt: Itaq; nulla in quo q̄ uirtus est uitijs ubiq; dominantibus: nul
la fides: omnia prosequoq; rapiente: Nulla pietas nec consanguinei nec pa
rentibus pcente auaritia: de cupiditate in uicem & in ferrum ruente:
Nulla pax. nulla concordia publice bellis seuientibus: Nulla pudicitia li
bidinibus effrenatis omnem sexum. & omnes corporis partes cōtaminā
tibus: nec tamen desinunt ea colere: que fugiunt & oderunt: Colunt h. thu
re ac sumis digitis: que sensibus intimis colere debuerunt: Qui error omis
ex illius principalis ac summi boni ignoratione descendit: Vrbe a gallis occu
pata obsessi in capitolio romani cum ex mulierum capillis tormenta fe
cissent: eadem veneri caluae consecarunt: Non igitur intelligunt: q̄ va
ne sint religiones uel ex eo: q ea his ineptis cauillantur A lacedemonijs
fortasse didicerant deos sibi executibus fingere: qui cū messenios obside
rent: & illi furtim deceptis obsessoribus egressi ad diripiendam lacedemo
nem cucurrissent: a spartanis mulieribus fusi fugatq; sunt. Cognitis aut

Templa virtutis sunt pectora.

Virtutis cultus.

Hominis pectus firmius templū.

Veneris calua.

Lacedemonij.